



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Erectionis Novarvm Parochiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

Ordinatus, & ordinans absque temporum Interstitijs,
an aliquam poenam incurrant.

PRAXIS ERECTIONIS NOVARVM
Parochiarum.

RESOLVT. CCXIX.

- 1 Ecclesia sine Episcopi consensu edificari nequit, sed sufficit quod sit tacitus, num. 3.
- 2 Episcopus assignat locum edificationis Ecclesiarum.
- 4 Consensus Episcopi sufficit, ut habeatur post constructam Ecclesiam.
- 5 Consensus Episcopi non requiritur in refectione Ecclesie.

Noua Parochia an possit erigi per Vniuersitatem non adhibito consensu Episcopi.

- 1 Ecclesia sine Episcopi consensu edificari nequit, ut probat text. in cap. nemo, & in cap. placuit de consecrat. dist. 1. & in cap. adhuc de relig. domibus, & in cap. cum olim 14. ver. in super de priuileg. Authent. de Eccles. tit. 1. §. si quis autem collat. 9. & notant ultra alios Germon. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 1. & 2. Fusc. de Visitat. lib. 2. cap. 2. Maurus alleg. 3. Reusner. decif. 1. num. 34. part. 4. & Duran. de ritib. Eccles. lib. 1. cap. 25. ego in praxi resoluit. 11. part. 2. ubi si in edificatione Cappellæ, vel oratorii requiritur talis consensus, qui quidem Episcopus locum edificationis assignat Crucem figit, lapidemque ponit primarium, ut post gloss. in d. cap. nemo in verbo veniat, scribit Azor. instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 4. ubi etiam resoluit posse Episcopum per se, vel per alium tale primarium lapidem ponere, & Crucem figere, quod in dies videmus, & practicum firmans quæst. 6. huiusmodi Episcopi consensum sufficere si sit tacitus, scilicet si Episcopus sciuerit Ecclesiam constructi, & non impediuerit, neque contradixerit cum, tamen facile potuisset, ante eum Sylua de benefico. p. 1. qu. 6. nu. 21. asserentem pariter consensum Episcopi sufficere post constructam Ecclesiam, imò si in parochia esset Ecclesia, & vellet alia edificari, & si accederet Episcopi, aut Prelati consensus id fieri nequit, absque etiam Parochi consensu, ne iuribus suæ parochialis Ecclesiæ præiudicium fiat, ut argum. cap. dilectus de Cappell. Monachor. voluit Guid. Pap. decif. 360. & scribit Crescent. decif. 1. num. 2. de oper. nou. nunciat asserens præstari cautionem de demolendo, & quod interim pendente lite, non consecratur, sequitur Franc. Marc. decif. 1014. volum. 3. recenter, reuertit Nouarius in suo iure Pontificio nouo, conclus. 1. nu. 3. de Monasteriorum edificatione, ubi etiam asserit in reparatione Ecclesiæ Episcopi, vel Prelati consensum non requiri, & gloss. in cap. de Monachis 18. quæst. 2. Reusner. decif. 1. sub n. 32. lib. 4. nisi tamen esset in totum diruta, suæ funditus destructa, & in tali casu requireretur Episcopi consensus iuxta doctrinam Felin. in cap. cum accessissent de construct. ut in simili non licet ludæis nouas Synagogas erigere, sed non prohibetur antiquas reficere, leg. fin. §. illud, C. de iud. cap. consuluit, ubi Doctor. extra de iudic.

RESOLVT. CCXX.

- 1 Ecclesia in dubio præsumitur erecta auctoritate Episcopi maxime quando in ea diuina celebrata fuerint, n. 2.
- 3 Licentia ubi requiritur in aliquo actu non præsumitur illa ex cursu temporis.

Noua parochialis Ecclesia an præsumatur erecta auctoritate Episcopi ex diurnitate temporis.

- 1 Respondi in facti contingentia, quod præsumatur in dubio Ecclesia Episcopi auctoritate erecta, maxime quando haberet dotē, Calder. conf. 4. de relig. gloss.

- 1 Episcopum ordinantem subditum non seruatis temporum interstitijs nullam poenam incurrere, fundauit Nauarr. consil. 4. de tempor. ordinat. nec ordinatum aliquam incurrere censuram, nec irregularitatem voluit Zerol. in sua praxi Episcop. in verb. ordo §. 8. par. 1. & post eum Sayr. decif. 56. de tempor. ordin. addo Suarez in tractat. de censur. disputat. 31. sect. 1. num. 43. Pialeg. in praxi Episcop. cap. 1. num. 50. part. 1. Bonacin. de censur. disputat. 3. quæst. 6. puncto 5. num. 7. ubi tamen resoluit recipientem ordines non seruatis interstitijs peccare si faciat, absque licentia Episcopi, circa quod licet contrarium teneat Henric. in summa lib. 6. cap. 10. §. 3. tamen ego sum cum prima opinione, eo quia, ubi quis contra legem agit, peccat, utique mortaliter ex cap. nam concupiscentia, ubi Doct. de constitution. alias leges per Canones, & Concilia frustra essent condita, quod non est dicendum, nam ubi sunt publicata, & recepta utique obligant, & venientes contra eorum dispositionem peccant, ut omnes Canonistæ, Summistæ, & Theologi affirmant.

RESOLVT. CCXVIII.

- 1 Episcopus familiarem suum ordinare potest, sed non potest cum eo dispensare super interstitijs, num. 2.
- 3 Lex, ubi dispensat quoad vnum, non videtur dispensare quoad alium.

Facultas concessa Episcopi dispensandi in interstitijs,
An procedat quoad familiares.

- 1 Licet certum sit, quod Episcopus possit suum familiarem non subditum ordinare, ut legitur in sacro Conc. Trid. sess. 23. cap. 9. de reform. de qua materia nonissimè ultra antiquiores, Nouarius in opere iuris Pontificij conclus. 3. sub tit. de ordin.
- 2 Tamen aduertendum est, quod cum eo non poterit dispensare super interstitijs, ut in specie norat Nauarr. consil. 27. de tempor. ordinat. Sayr. decif. 28. eod. tit. ubi quod Episcopus talis agere nequit ea ratione, quia cum Ordinarius suus facere non valeat nisi pro utilitate, & necessitate Ecclesiæ, multò minus huiusmodi Episcopus extraneus, cui non est subditus familiaris, triennalis videtur iudicare, posse de necessitate, & utilitate Ecclesiæ non suæ, præsertim cum potestas ordinandi familiarem non suam triennalem non subditum, & dandi literas dimissorias exorbitans sit à iure communi, & differens à potestate dispensandi super interstitijs, & proinde ad illam non sit extendenda, cap. quæ à iure de regul. iur.
- 3 Quæ opinio eò fortius hodie procedit stante Bulla Sixti V. felicis memoriæ incipient. sanctum, & salutare edita de Anno 1588. de qua apud Sayr. decif. 27. cit. tit. de tempor. ordinat.
- Et facit, nam ubi lex dispensat quo ad vnum, non videtur dispensare quo ad alterum, nisi expresse dicat, quia dispensatio est odiosa, nec est extendenda de casu ad casum, imò nec valet argumentum in tali materia de maiori ad minus, & dispensatio super affinitate, non extenditur ad publicam honestatem concurrentem, Nauarr. consil. 4. de consang. & affinit. & dispensatio eius, qui ob febrem, vel alium dolorem non valet recitare horas canonicas ad cæcum non extenditur, Sayr. decif. 7. de priuilegijs, Nauarr. consil. 33. de celebrat. Missar.

glof. domibus Bellamer. in cap. super hoc num. 21. de renunc. Caſar de Graſis decif. 13. nu. 5. de præben. & dignit. vt etiam Parochialis Eccleſia Superioris authoritate, & conſenſu ex lapſu temporis erecta præſumitur, quando in illa diuina officia publicè celebrata fuerunt, vt plene conſtat apud Gabriel. conſul. 1. n. 8. de præſumpt. Tiraquell. de legibus conubial. in ver. contracter. glof. 7. a num. 39. cum ſeq. Lamberteng. in tract. de contract. conſenſ. glof. 7. n. 5. 1. & ſeq. Anchar. conſ. 136. vbi dicit pro Monafterio Monialium præſumi lapſu tēporis triginta annorum Superioris authoritate interceſſiſſe, Alex. conſ. 45. vol. 3. vbi loquitur de lapſu decē, vel viginti annorum Afflict. decif. 268.

3. Gam. decif. 144. & 168. Rot. diuerſ. decif. 52. n. 41. vol. 3. quod eſt verum quando requiritur conſenſus, at ſecus ſi eſſet neceſſaria licentia in qua non ſufficit curſus aliquis, Afflict. in c. 1. nu. 46. de prohib. feud. alien. per Lothar. Coll. de fact. ſcient. & ignorant. in ver. communia vtriuſq; Iudicii neg. 18. n. 9. iuxta quorum ſententiam voce conſuluiſſe Reuerendiſſ. Antiftiti Ciuitatis Nucerie Paganorum per ſupradictas authoritates, teſtatur Nouarius in iure Pontificio Nono conſul. 1. n. 5. in fine de edificatione monaſteriorum.

RESOLVT. CCXXI.

- 1 Eccleſia vbi diſtat, poteſt erigi noua.
- 2 Incommoditas populi eſt cauſa erigendi nouam parochiā.
- 3 Denotio populi operatur, vt poſſit erigi noua parochia iuxta Nouarij ſententiam.
- 4 Religioni in dubio magis debemus fauere.
- 5 Eccleſiis conſtruendis magis fauemus.

Noua Parochia quando cogi erigi poſſit.

- 1 **P**robat text. in cap. ad Audientiam de Eccleſijs edificandis, quod vbi propter nimiam diſtantiā Eccleſia Parochialis fine magno incommodo ad percipiēda Sacramenta, & diuina Officia audienda accedere non poſſunt, noua poteſt Eccleſia in ipſius parochia edificari, & in ea Sacerdos ſublato appellationis obſtaculo ad præſentationem Reſtoris, Eccleſiæ maioris certa portione de antiqua illi deputata poni, qui quidem text. innouatus, & ampliatus eſt per Concil. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 4. his verbis (Episcopos etiam tanquam Apoſt. Sedis Delegatos in omnibus Eccleſijs Parochialibus, vel Baptiſmalibus, in quibus populus ita numerofus ſit, vt vnus Reſtor non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & cultui diuino peragendo, cogant Reſtores, vel alios, ad quos pertinet ſibi tot Sacerdotes, ad hoc minus adiungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum Diuinum celebrandum, in ijs verò in quibus ob locorum diſtantiā, ſuè difficultatem parochiani, ſine magno incommodo ad percipiēda Sacramenta, & diuina officia audienda accedere non poſſunt, nouas Parochias, etiam innitis Reſtoribus iuxta formā conſtitutionis Alexand. III. quæ incip. ad audientiam conſtituere poſſint; illis autem Sacerdotibus qui de nouo erunt Eccleſijs præficiendi, competēs aſſignetur portio, arbitrio Episcoporum, ex fructibus ad Eccleſiam Matricem quomodocumq; pertinentibus, & ſi neceſſe fuerit, compellere poſſit populum eam ſubminiſtrare, quæ ſufficiat ad vitam dictorum Sacerdotum ſuſtentandam, quacumque reſeruatione Rot. decif. 484. n. 2. apud Farin. par. 1. recent. vbi quod Parochias nouas erigendi iuſta cauſa videtur incommoditas populi recipiendi Sacramenta, & audiendi Diuina officia, & num. 3. quod non ſufficit quælibet diſtantiā, ſed ea dumtaxat, quæ præbet difficultatem, Parochianis accedendi cum magno incommodo ad percipiēda Sacramenta, & Diuina Officia
- Praxis Aloyſ. Ricc. Pars IV.*

audienda, eadem Rot. decif. 204. nu. 2. par. 2. recent. & decif. 745. nu. 2. d. part. 2. recen.

- 3 Quinimò ſecundum Nouarium in allegatione inferata apud nos collect. 291 r. etiam, quod nulla adhuc neceſſitas concurreret, ſed ſola deuotio populi, poſſe, erigi, etiam inuito Reſtore, nouam Parochiam, intra fines antiquæ, etiam ſi ex hoc matrici inferatur aliquod damnum, dummodo ſit modicum, & non magnum ex hac ſola ratione, quia ex prædicta fundatione, ſeu erectione nouæ Eccleſiæ augetur cultus Diuinus, cui Canones quantum poſſunt fauent, ſpæta etiā particularium vtilitate temporalis, vt patet ex text. in c. ex parte de conſtit. quia in dubio magis fauemus religioni quam alteris leg. ſunt perſonæ offic. de relig. & ſumpt. funer. cum ſimilibus, & Diuinum Cultum, etiam Summi Pontifices maximè augeri cupiunt, vt habetur in cap. finali de reſtit. in 6. ibi minuitur cultus Diuinus, quem deſideramus augeri, & ita prædicta omnia fundat Paulus de Citradinis in tract. de iure patronatus in 3. p. q. 1. cauſa quem ſequitur Lambert. in eod. tract. in 15. art. 3. q. principalis primæ partis primi libri, qui in finalib. verbis addit, quod tali caſu abſq; dubio nouæ Eccleſiæ fundator acquirit ius patronatus illius, accedente tamen Dieceſani cōſenſu, in fundatione prædicta, quæ procedunt ceſſante neceſſitate erigendi nouam Eccleſiā, vti tenet præſatus Paulus in loco cit. verſ. ampliùs etiam hoc procederet ceſſante neceſſitate ædificandi, & Lambertin. ibid. verſ. & hoc ampliāt procedere ceſſante neceſſitate ædificandi.
- 5 Item quia magis iura fauent Eccleſijs conſtruendis, quam conſtructis, quia per conſtruendas augetur magis Religio, Anan. in cap. Apoſtolicę num. 2. de donat. Gizzarel. decif. 37. num. 6. part. 1. Nouarius forenſ. quæſt. 1. tom. 2.

RESOLVT. CCXXII.

- 1 Lex quando aliquid dicit ex cauſa faciendum, de cauſa conſtare debet.
- 2 Aſſertioni Episcoporum quando non ſtetur, & quando nec Iudici aſſertioni credatur, num. 3.
- 4 Allegatio cauſæ facta ab Episcopo non ſufficit pro erectione nouæ Parochiæ.

Vt Parochia noua erigi poſſit, An credatur Episcopo loci Ordinario dicenti eſſe illam neceſſariam.

- I**uxta ea quæ in ſuperiori reſolutione affirmauimus, noua Eccleſia Parochialis non erigi debet in alterius Parochia abſq; cauſa, cum de iure communi prohibitum ſit, & ex cauſa tantum neceſſitatis, ſeu magne incommoditatis concedatur, prout dicit Glof. in c. ad Audientiā in verbo Magna difficultate de Eccleſ. ædif. de qua quidē cauſa conſtare vtiq; debet eo quia quando lex aliquid dicit, ſeu diſponit faciendum ex cauſa, de cauſa conſtare debet, antequā fiat ordinatum, prout dicit Bar. in litem ſi ſuſpectus ff. de procur. Dec. in l. 1. nu. 7. vbi etiam dicit cauſam debere inferi, vt actus iuſtificetur, cum recedatur à regula communi, & ibi etiā loci Seni, in princ. C. de eden. Cephal. conſil. 421. n. 62. vol. 3. & latè Iaſ. in l. 1. nu. 58. & ibi latiffimè Purpurat. nu. 69. & ſeq. ff. de offic. eius. cui mand. eſt iurisd. & optimè, Alciat. in tract. de præſumpt. in reg. 3. præſumpt. 9. colum. fin. in 5. fallent. & latè, & optimè in c. quod Sedem ſub n. 13. & ſeq. de offic. ordin. vbi etiam dicit diſtinguendo ibidem num. 19. & ſeq. credendum non eſſe Episcopo, ſeu Ordinario aſſertioni de cauſa, quando talis aſſertio tendit in præiudiciū tertij, prout in caſu noſtro, quod prius voluit Angel. in conſil. 107. in fin. vbi dicit, quod licet Iudici concedatur à iure, vt poſſit ſibi auocare poſſeſſionem alicuius loci litigioſi ob ſuſpicionem ne partes deueniāt ad arma,
- Ii 4 nihilo.*

nihilominus ad talem auocationem denegare nequit, nisi de tali suspitione constet, & discutatur parte pre-
sente de cuius prauidicio tractatur, & agitur, & quod
non creditur Iudici afferenti ita esse, nisi ex actis ap-
pareat, sequitur Caphal. conf. 42 r. num. 60. vol. 5. ante
eum, Iason. in l. 1. num. 60. ff. de offic. eius cui manda-
ta est iurisdic.

Quare concludendum est non sufficere allegatio-
nem causam factam ab Episcopo, nisi cum effectu aliter
probetur, vt in proprijs terminis ex supradictis afir-
mant Monald. conf. 120. num. 5. & Nouarius in opu-
sculo noui iuris Pontificij conclus. vnica sub rubrica
de Parochiis num. 6.

RESOLVT. CCXXIII.

1 Ecclesia quantum distare debet ab altera.

2 Iustitia causa erectionis nouae Parochiae, an stet apud
Episcopum, & num. 3.

Causa Iustitia circa erectionem nouae Parochiae, An re-
spondeat in arbitrio Episcopi.

Episcopi arbitrio relinquit Sacrum Concil. Trid.
sess. 21. de reformat. cap. 4. vers. in ijs quantum
vna Ecclesia ab altera distare possit, vt commodè Sa-
cramenta sumere, inde possint Parochiani, prout re-
soluunt Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de erect. in
curat. Paroch. n. 9. & Menoch. de arbitr. Iud. cas. 497.
vbi quod iusta ratione factum est, vt Sedes Episcopo-
rum, non multum inter se distent, vt scilicet vnus alteri
opem ferre possit, cum opus erit, verum ambigi so-
let; quantum vnus Episcopatus ab altero distare pos-
sit, & debeat, & Iudicis arbitrio hoc relinqui censuit,
glos. in cap. vult. 80. distinct. Ita etiam Iudicis arbitrio
relinquitur, quantum vna Ecclesia Parochialis ab al-
tera distare possit, vt commodè Sacramenta sumere,
inde possint Parochiani, ita declaratur text. in ea ad
audientiam el. vbi Doctor, de Eccles. adif.

Ita vt hodie ex vi Sacri Concilij totam causam ius-
titiae residere in Episcopi arbitrio, affirmat Barb. de
potest. Episcopi alleg. 68. n. 4. par. 3. vbi allegat nos in
prax. resolut. 476. n. 6. par. 1. in magnis.

Verum recentissimè Nouarius in suo Opusculo iu-
ris Pontificij conclus. vnica num. 5. sub titul. de Paro-
chis totum contrarium, & verius probat per hac verba
formalia, (Nec obstat, quod hodie de nouissimo
iure tota causa iustitia in Episcopi arbitrio resideat,
ergo poterit ipse sine maioris partis Parochianorum
consensu circa separationem agere, vt sentiunt isti
moderni, siquidem respondeo hoc non reperiri cau-
tum in sacro Concilio dicto cap. 4. circa materiam
separationis Parochialium, sed circa portionem affi-
gnandam nouo Sacerdoti, & Curato, vt ex dicto Con-
cil. apparet. Intantum, quod cum sacrum Concilium
nullum verbum dicat, circa illud, quod pretendunt
isti Authores assignare pro eorum ratione, ideo non
veram appellare, illam possumus.)

PRAXIS CLERICORVM SALVATICORVM,

Ad ornatum Decr. Sacrae Congregationis Eminentiss.
Cardinalium de Mandato Sanctiss. D.N. olim
Papae Gregorij XV. editi.

RESOLVT. CCXXIV.

1 Clerici saluatici non dicuntur verè Clerici.

2 Clerici saluatici dicuntur adscripti perpetuo Ecclesiis.

3 Clerici saluatici non gaudent privilegio Canonis.

Clerici Saluatici qui dicantur.

Go semper existimari Clericos Saluaticos mini-
mè dici verè, & propriè Clericos, adeo quod si
eis fuerit collatus aliquis ordo, quia tunc fruerentur
omni clericali priuilegio tam scilicet Canonis, quam
fori ex vi ordinis collati iuxta tradita communiter in
cap. 1. & 2. de foro compet. cap. Clerici, & text. in cap.
qualiter de iudicijs, & probatur in l. statumus, Cod. de
Episcopis, & clericis. Sed potius dici personas adscri-
ptas perpetuo seruitijs alicuius Ecclesiae, & iuxta tex.
in cap. indicatum de immunitate Ecclesiae, vbi proba-
tur apertè tales Clericos Saluaticos propriè dici per-
sonas adscriptas seruitio Ecclesiarum à quibus recede-
re non possunt quemadmodum adscripti plebei, vt
habetur in l. cum satis de agricolis, & censitis lib. 11.
vbi latè Lucas de Penna in 3. col. & latissimè Felyn. in
cap. multorum, §. primo de Iudaeis.

Et ex ijs deducitur optimo iure censuisse sacrum
Eminentissimorum Cardinalium Congregationem,
supradictos Clericos Saluaticos, non gaudere canonis
priuilegio, sed fori solummodo in criminalibus, cum
priuilegium canonis præcipuè detur ratione ordinis
clericalis. Nauarr. in conf. 24. de priuilegijs excepto
Nouitio alicuius religionis, c. religioso §. 1. de senten-
tia excommunicationis. Nauarr. in conf. 3. de foro
compet. Sayr. in decis. 2. cod. titulo.

RESOLVT. CCXXV.

1 Clerici coniugati gaudent privilegio fori, quod declara-
tur in criminalibus secus in ciuilibus, vt n. 2.

Et ideo carcerantur pro debito ciuili, & n. 3.

4 Clerici saluatici, & coniugati nominantur sub rubrica
pragmat. Regni.

5 Clerici coniugati differunt à saluaticis.

Clerici saluatici, An sint idem quod Clerici coniugati.

Videtur in aliquibus conuenire cum Clericis con-
iugatis.

Primo, quia Clerici coniugati gaudent priuilegio
fori, quemadmodum gaudent saluatici, cap. 1. de cle-
ricis coniugatis, Clar. in praxi quaest. 36. Farinacc. de
inquisitione qu. 8. n. 63.

Secundo, quia Clerici saluatici gaudent fori electio-
ne, prout & alij clerici, Nouarius in praxi elect. fori
qu. 52. n. 13. sect. 2. in vltima impress. Neap.

Tertio conueniunt, quia quemadmodum per de-
cretum sacrae Congregationis, clerici saluatici non
gaudent priuilegio in ciuilibus circa gabellarum ex-
ceptionem, ita & clerici coniugati, Cappella Tholosan.
in decis. 104. Cened. quaest. 4. num. 19. quam opinio-
nem tenet Natta confil. 3. volum. 2. dicens posse car-
cerari pro debito ciuili, Guttierrez lib. pract. quaest. 5.
num. 5. pro qua opinione pondera text. in cap. 1. de
clericis coniugatis in 6. vbi vltra priuilegium canonis,
& fori in criminalibus; in ceteris rebus, & actionibus,
non gaudent Clerici coniugati priuilegio clericali,
Nouarius in pragmatica 1. de clericis, seu Diaconis,
Saluatico.

Conueniunt quarto, quia sub vna eademque rubrica
sunt in pragmatica Regni de clericis coniugatis,
& saluaticis, & de iure validum est argumentum ab
ordine rubricarum, Triuis. in decis. 57. p. 2. Rubricae
enim faciunt ius, & pro iure possunt allegari, Boic. in
prognio decretal. in §. fin. n. 6. Io. Andr. ad speculat. in
titul. de dispensatione §. final. in fine, Nouarius tom.
2. qu. forensi. cap. 21. n. 10.

Disconueniunt tamen in hoc, quia clerici coniuga-
ti tunc priuilegio fori gaudent, quoties, cum vnica, &
virgine contraxerunt, & velles deferant clericales
iuxta